

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Caritas s
cum fonte primo

O bona mater caritas, que siue foveat infirmos,
siue exerceat prouectos, siue arguat inquietos,
diuersis diuersa exhibens,
sicut filios diligit uniuersos!
Cum te arguit mitis est,
cum blanditur simplex est;
pie solet seuire sine dolore mulcere;
pacienter nouit irasci, humiliter indignari.
Caritas hominum mater est et angelorum,
non solum que in terris
sed eciam que in celo sunt pacificauit.
Ipsa est que Deum homini placauit et
hominem Deo reconciliauit.

Bernardus epistola II.

O bona mater caritas, quae sive foveat infirmos,
sive exerceat prouectos, sive arguat inquietos,
diversis diversa exhibens,
sicut filios diligit universos!
Cum te arguit, mitis est;
cum blanditur, simplex est.
Pie solet saevire, sine dolo mulcere;
patienter novit irasci, humiliter indignari.
Ipsa est quae hominum mater et angelorum,
non solum quae in terris,
sed etiam quae in caelo sunt pacificavit.
Ipsa est quae Deum homini placans,
hominem Deo reconciliavit.

Bernardus Claraeuallensis, *Epistolae*, 2.1 (SBO
7, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds.,
pp.12-13, ll.17-18, 1-4).